Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Am̄ de trin. In principio erat uerbum: uerbum filium intelli
gas. In principio .i. in patre deum fore. Aug. Aut
in principio sic deum ē: ac si diceretur ante
omnia. Basilius. Precludit enim spiritus sanctus futu
ros quosdam inuidentes glorie unigeniti: que pro
ferunt sophismata ad subuersionem auditorum.
Quia si genitus ē: nō erat. et antequam genitus
esset nō erat. Ne ergo talia garrire presumant: spiritus
Hi. de trin. sanctus ait: In principio erat uerbum. Hylarius. Tran
seunt tempora. transcenduntur secula. tolluntur eta
tes. Pone aliquod quod uoles tue opinionis principium:
nō tenes tempore. Erat enim unde tractatur.
Crisostomus. Sicut autem quis cum stat in naui
secus litus inter ciuitates et portus: cum uero
eum aliquis in medium pelagi duxerit: a prio
ribus quidem desistere facit: nō tamen alicubi defigit
ei oculum: ita euangelista hic sup omnem nos
ducens creaturam: suspensum dimittit oculum:
non dans suspicere aliquem finem ad superio
ra. Hec enim in principio erat: semper et infinite esse
de uerbis dni. di significatiuum ē. Aug. Sed dicit. Si filius
ē: natus ē. Hoc fatemur. Adiungunt deinde.
Si natus ē patri filius: erat pater antequam ei filius
nasceretur. Hoc respuit fides. Ergo ait ille. Tu
michi redde quomodo et filius nasci potuit patri
ut coeuus esset ei a quo natus ē. Post patrem
enim nascitur filius patri. utique mortuo pro
successiuus. Similitudines adhibent de crea
turis. et nobis laborandum ē ut et nos inue
niamus similitudines   earum rerum quas asse
rimus. Sed quo possu   imus in creatura
inuenire coeternum: quam in creatura
nil inuenimus   eternum. Si
si possunt inue   niri hec duo
coeua generans et   generatus: ut
intelligamus eterna.   Ipsa quidem
sapientia dei ē in scripturis candor lucis eterne.
dei ē ymago patris. Hinc capiamus similitu
dinem: ut inueniamus coeua. ex quibus intelli
gamus coeterna. Nemo autem dubitat quod splen
dor de igne exit. Ponimus ergo ignem patrem
illius splendoris. Mox quidem ut lucernam

accendo: simul cum igne et splendor existit. I
Da michi hic ignem sine splendore: et credo tibi pa
trem sine filio fuisse. Ymago exsistit de spe
culo hominis intuentis speculum. Existit yma
go: mox ut aspector exstiterit. Sed ille qui in
spicit erat antequam accederet ad speculum. Pona
mus ergo aliquid natum sic aquam. ut uirgultum.
aut herbam. Nonne cum ymagine sua nascitur.
Si ergo semper esset uirgultum: semper esset et ymago
de uirgulto. Quod autem de alio ē: utique natum
ē. Potest ergo semper esse generans: et semper cum illo quod de il
lo natum ē. Sed dicet aliquis. Ecce intellexi
eternum patrem. coeternum filium. tamen sic effu
sum splendorem minus igne lucentem. aut si
cut effusam ymaginem minus quam uirgul
tum exsistentem dicimus. Non. Sed equalitas
omnimodo ē. Non credo ait. quia nō inuenisti
similitudinem. Fortassis autem inuenimus in
creatura quomodo intelligamus filium et coeternum
patri. et nequaquam minorem. Sed nō illud possu
mus inuenire in uno genere similitudinum.
Iungamus ergo genera. Unum unde ipsi dant
similitudines. et alterum unde nos dedimus.
Dederunt illi similitudines ex hiis que prece
dunt tempore ab eis a quibus nascuntur. Si
cut homo de homine. Sed tamen homo et homo eiusdem
sunt. Laudamus ergo in ista natiuitate equa
litatem nature. deest equalitas temporis.
In illo autem genere similitudinum quod nos dedimus
de splendore ignis. et de ymagine uirgulti:
equalitatem nature nō inuenis. inuenis
coeuitatem. Totum ergo ibi: quod hic ex partibus
singulis et rebus singulis inuenitur. et nō hic so
lum quod in creaturis totum inuenio ibi:
sed tamquam in creatore. Ex gestis concilii
ephesini. Propterea alicubi quidem filium
eum appellat patris. alicubi autem uerbum no
minat. alicubi autem splendorem uocat scrip
tura diuina. singula horum nominum de illo
dicens. ut intelligas ea que de Christo dicuntur esse
citra blasphemiam. Quia enim unius fi
lius eiusdem tibi nature sit: uolens sermo